

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6600

Auteur(s) : Mathilde l'Emperesse [autre]

Bénéficiaire(s) : Onfroy de Bohon [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1142-1146]

Lieu d'émission : Devizes

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Charte de l'impératrice Mathilde et de son fils Henri en faveur d'Onfroi de Bohon.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° III*, t. 1, p. 7-8.

Dissertation critique

Datation proposée par DELISLE/BERGER.

Texte établi d'après a

M., imperatrix, Henrici regis filia et Anglorum domina, et Henricus filius comitis Andegavie, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis Francis et Anglis totius Anglie, salutem.

Sciatis me reddidisse et concessisse Unfrido de Buhun totam terram suam unde fuit tenens die qua rex Henricus fuit vivus et mortuus, et dapiferatum suum in Anglia et Normannia, sine hoc quod non ponatur inde in placitum, sicut melius tenuit tempore Henrici regis. Et preter hoc dedimus ei et concessimus pro servicio suo Melchesham, cum appendiciis suis, et burgum Malmesberie sine fortitudine facienda ibidem, et Boezam que fuit Gaufredi de... sanceles, et Stokes que fuit Eborardi de Calna. Hec omnia supradicta dedimus ei, et concessimus tenenda in feudo et hereditate sibi et heredibus suis de nobis et de heredibus nostris. Et pro hiis supradictis devenit homo noster ligius contra omnes homines. Quare volumus et firmiter precipimus quod bene et in pace, et libere et quiete et honorifice et plenarie teneat, in forestis et fugaciis, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in viis et semitis, in foris et feriis, infra burgum et extra, in civitate et extra, et in omnibus locis, cum soca et saca, et toll et team et infangenethef, et cum omnibus aliis consuetudinibus et libertatibus et quietudinibus.

Testibus : Bernardo episcopo de Sancto David, et Gisleberto abbate Glocestrie, et Roberto comite Glocestrie, et Rogero comite Herefordie, et Radulfo Paganello, et Goseu de Dinan, et Willelmo de Bellocampo, et Willelmo de Dovra, conestabulario, et Unfrido filio Odonis, et Roberto de Dunest[anvilla], et Willelmo Paganello, ... Hugone filio Ricardi, [et Riulfo de Sessun].

Apud Divisas.